Bocki super desolationem Juramentu[m]

Famati Andreas Zachowski Proconsul Laurentius Jaroszek Laurentius Szewczyk Consules oppidi Bocki haereditatis Magnifici condam Martini Hyskowski et Leonorae Sapiezanka coniugum super veram conflagrationem in eodem oppido domorum quatuor et desertationem ac annihilationem domorum similiter quatuor quod nullus in eis habitat nullumque commodum nec contributiones publicae ex eis percipi possunt juramentum corporale intercedendo jure commune in facie officii praesentis juxta rotam ab officio pronunciatam praestiterit et de hoc sunt requisiti quod eis est inscriptum et extraditum.

Honesti Simon Michalowic de Knorydy, Petrus Lewkowic de Krasne Advocati jurati et subditi haereditatis Magnificorum Martini Hyskowski et Leonorae Sapiezanka coniugum super veram conflagrationem in villa Stawiszcze domum unam in uno manso et in villa Mokre unius domus in tribus quartis mansi possessionis nec non super veram desolationem et desertationem in villa Knorydy septem domorum et mansorum decem in villa Mokre domorum quinque et mansorum binum cum medio et in villa Krasne domorum octo mansorum vero quatuordecim et unius medii mansi possessorum juramentum corporale super imaginem Passionis Jesu Crucifixi in facie judicii praesentis quod vere sunt desertati nulloque modo ex eis contributiones publicae exigi possent flexis genibus praestiterunt et de hoc sunt requisiti quod eis est inscriptum et extraditum.

Subditorum M. Sczawinski Juramentum

Famati Albertus Bogko, Sebastianus Stephanus Szut Nobiscuta de oppido Kamieno subditi Magnifici Thomae Sczawinski Palatinidis Podlachiae inhaerendo protestationi factae per se coram officio praesenti feria secunda ante festum Purificationis Gloriosae Virginis Mariae anno praesenti contra Generosos Zos Kol et Kiek Rothmagistros seu praefectos militiae Generosi Korpsi supremi Capitanei Oberster eiusdem militiae Nationis alienigenae contra libertates Nobiles et jura Regni stationem ibidem exactionis bonorum mobilium receptionis et oppressionis damnorumque ad mille florenos polonicos illationis factae ut ipsa protestatio de his latius obloquitur juramentum super

realitatem eandem protestationis et damna vero sibi ad
mille flor. pol. taxata cum illationem in facie judicii praesentis
super imaginem Passionis Jesu crucifixi in [illegible] praes-
statione per officium praesens pronunciatam observata solemnitate jura-
mentorum praestiterunt eademque damna super mille flor. pol.
sibi per eos illata juramento liquidaverunt et comprobaverunt
quod eis est inscriptum et extraditum.

Subditorum Radziwil juramentum

Famati Andreas Sutkiel et Matthias Chmielewic de
Toporowo nec non Georgius Olizewic de Topozykaly subditi
ad bona Orlia pertinentes Illustrissimi et Magnifici Janusii Ra-
dziwil Ducis in Birze et Dubinki [illegible] Samogitiae [illegible]
[illegible] Capitanei in Orlia
haeredis juramentum super verum conflagrationem duarum
domorum [illegible] in Toporowo unius mansi et medii possidentium
nec non in villa Topozykaly domorum sexaginta in viginti
mansis et una quarta parte mansi residentium possessio-
rum in facie judicii praesentis observata solemnitate jura-
mentorum in rotam ab officio pronunciatam praestiterunt et de-
bite sunt exequuti quod eis est inscriptum et extraditum.

Civium Goniadzen. juramentum

Famati Matias Konwadzki(?) Proconsul Gregorius
Jaszkowski Thomas Rutkowski consules oppidi Goniadz
super desolationem domorum in oppido suo Goniadz
nonaginta unius et in suburbijs eiusdem oppidi viginti
octo nec non desertationem verum mansorum viginti in
eodem oppido et suburbijs existentium antea possessio-
rum ad praesens vero quod inculti non commorantur(?) extant
et nullo modo ex eis contributiones publicae et privatae [illegible]
exigi possunt juramentum in facie officii praesentis observata
solemnitate juramentorum praestiterunt et debite sunt
exequuti quod eis est inscriptum et extraditum.

Praefecturae silvar. Goniadzen. juramen.

Famati Matias Oldakowski [illegible] et Teodor [illegible]
[illegible] et Marcus Poreczka [illegible] silvae Goniadz.
juramentum super verum desertationem totius Praefecturae quod
nulli subditi sibi sunt possessioni neque mansi et agri [illegible] sed
arboribus diversis sunt occupati in facie judicii praesentis observata
solemnitate juramentorum praestiterunt et debite sunt exequuti